



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Circa medium Martii Transfixio Dolorosæ Matris Mariæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

284 Circa med. Martii. Septem dolor. B.V.M.

petranda antè Crucifixum Dominum
ter per hebdomadem, antequam itur cu-
bitum, flexis genibūs nocturnum præ-
mittatur testamentum cum Lycanii
Lauretanis. Vigilate, quia nescitis. Tu-
tissima nox, quā recordamur nostra
æternitatis. Cum hac obdormiamus,
cum hac & resurgamus!

Festum Transfixionis, seu sep-
tem Dolorum Beatissimæ Virginis
Mariæ.

EXHORTATIUNCULA I.

A Mor probat filium. Chare! pro-
bet & ipse suum. Compatiatur
tam piæ Matri de tot irreverentiis, & of-
fensionibus, quibūs tum Christiani, tum
religiosi malè vivendō vulnerarunt illius
cor ut ut innocentissimum. Recorde-
tur, quid tempore afflictionis nobis
præstiterit? Quomodo consolata nos sit
pia parens Maria.

Instructio meritoria.

In contestationem ergò filialis com-
passionis, & deprecationem nostræ ma-
gnæ ingratitudinis quandam Dolorosa
Matris

V.M.
num
r cu-
pra-
anii
Tu-
stra-
nus!
Sep-
is
pro-
iatur
z of-
cum
illius
orde-
iobis
os si:
om-
ma-
rosa-
latris

Circa med. Martii. Septem dolor. B. V. M. 285

Matris Imaginem nobis procuremus,
coram quâ flectentes 14. Pater & Ave
recitemus, prostratōque corpore cul-
pam dicamus cum *confiteor*. Humilitas
mitigabit Mariæ vulnera.

II.

Filli! audis querelam Matris? Posuit
*me desolatam, tota die mærore con-
fectam*, facetur per Jeremiam. Sed quis
consolabitur eam? Pietas, & clientum
devotio. Meruit hanc millies à nobis
Maria. Reddamus, quod debemus.
Luctui addamus gaudia, lacrymis so-
latia.

Instructio meritoria.

Impediamus proin, quidquid vel im-
modestiâ, vel garrulitate, aut petulan-
tiâ offendere posset Mariam. Nos totâ
die strictum servemus silentium, & vi-
ventes in recollectione spiritûs per qua-
drantem medicemur dolores Beatissimæ
Genitricis, subjungendo hymnum:
Stabat Mater. Quàm dulcis conver-
satio, si cum Maria, & paciente Chri-
sto!

III. Ste-

III.

Stit Maria ad Crucem Domini! stetit, non sedit, vel jacuit. Hinc vero *Regina facta est Martyrum*. Quia etiam ad mortem usque filii dilecti stetit fortissima, & invicta. Bone! cadimus nos animo! recedimus à Christo si humiliemur sub Dei flagello. Aliud nos docet Maria. Inter adversa stemus magnanimi: Inter prospera timidi. Prosperis gaudere vilia possunt ingeniosi pati fortiter contraria, proprium ei magnæ mentis.

Instructio meritoria.

Verum hic opus, hic labor est! magna profecto requiritur discretio, si vel in adversis. Non dejiciamur, vel in prosperis non dissolvamur! rogemus igitur à Maria; nam dispensatrix virtutum est. Oremus Illius amore, & compunctione Rosarium de mysteriis dolorosis. Dolores hi augebunt amores.

APRI.

